

eos cum sit amicus fidelissimus. Immo quod plus est ipsemet  
 emit gloriam istam carissimis suis amicis scilicet crucis ignomi-  
 nia. Unde verisimile est ineffabiliter magna esse gloriam il-  
 lam quam ipse tanta ignominia emit. **Secundum** est gloria  
 pulchritudinis quam videmus etiam in inferioribus creatu-  
 ris cum domino placet decorare eas. sicut in hymne vile appar-  
 et quasi nullius pulchritudinis. Idem videmus in praxis.  
**Mat. vj.** Considerate lilia agri quomodo crescunt. Et subdit di-  
 co autem vobis quoniam nec salomon in omni gloria sua cooper-  
 tus est sicut unum ex istis. Et post. Si fenum agri quod hodie est  
 et cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quanto magis vos  
 modice fidei. **Tertium** est gloria pulchritudinis quam videmus  
 in hijs que sapientia artificum sunt. Videmus quod ex lignis et lapi-  
 dibus et metallis que quomodo de terra sumuntur parva sunt pulchri-  
 tudine sunt opera mirae pulchritudinis. vnde per in gloria salomo-  
 nis. **iii. Re. x.** videns regina saba omnem sapientiam salomonis  
 et domum quam edificauerat. **ii.** non habebat ultra seipsum. Quid  
 ergo glorie habebunt amici dei cum deo placuerit eos de cora-  
 re secundum magnitudinem sapientie sue. Quarto potest apparere  
 magnitudo eius ex verbis sanctorum quibus deus reuelavit eam  
 ut est illud **psa. lxxij.** Oculus non vidit deus absque te que pre-  
 parasti expectantibus te. **Et. j. Cor. ij.** Paulus non vidit nec au-  
 dit auduit nec in corde hominis ascen. que prepara. deus hijs qui  
 diligunt eum. **et Ro. viij.** Non sunt odigne passiones huius  
 temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. **et. j. co-  
 rin. iij.** Id quod in presentia est momentaneum et leve tribulatio-  
 nis. Super modum in sublimitate eterne glorie pondus operamini  
 batur in nobis. **Gen. xv.** Ego sum merces tua magna mimis  
**Exo. xxxij.** ait moyses ad dominum. Ostende michi gloriam  
 tuam. Qui respondit ei. Ostendam tibi omne bonum. **Prover.  
 xj.** Desiderium iustorum omne bonum. **David.** Minis ho-  
 norati sunt amici tui deus. **Quinto** per hoc quod legit **Ma-  
 th. xxij.** in transfiguratione domini factum quod resplicuit faci-  
 es eius sicut sol. et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.